



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Pro Tertio Tomo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78821](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78821)

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS
PROVINCIAE FLANDRO-BELGICAE
SOCIETATIS IESV.

Cum ex certis litteris Romae acceptis mihi constet, Opuscula quatuor Spiritualia P. Nicolai Lancicij à Societate IESV, nimirum de Officijs Sacerdotum; de efficacia Sacrosanctae Eucharistiae ad profectum Spiritualem in virtutibus; de Officijs laicorum, qui ad obsequia domestica in religiosis Ordinibus recipiuntur; de fugâ peccatorum venialium; à tribus Theologis de more reuivisa & approbata; eorumque imprimendorum facultatem ab Admodum R. P. N. Vincentio Carafa Societatis IESV Praeposito Generali fel. mem. initio Iulij an. 1648. factam esse; Ego Ioannes Baptista Enghel-graue eiusdem Societatis per Flandro-belgicam Praepositus Provincialis, concessi Iacobo Meurtio Typographo Antuerpiensi potestatem eadem Opuscula imprimendi. In cuius rei fidem has litteras Officij mei sigillo munitas, meâq; manu signatas dedi. Antuerpiae, 12. Septembris 1649.

Ioannes Baptista Enghel-graue.

PRO TERTIO TOMO.

Habet Auctor prae manibus sequentia Opuscula; quaedam absoluta, alia nondum omnino.

- I. DE NEGOTIATIONE CAELESTI, duo libri: in quibus traduntur modi, merita quamplurima congregandi in hac vita, & crescendi in Dei gratiâ, ac multas in caelo coronas sperandi.
- II. De iudicijs temerarijs.
- III. De immunitate Ecclesiasticâ discursus, & coercendis militum rapinis bona Ecclesiasticorum infestantibus.
- IV. De tempore bene expendendo, & modis bene illud expendendi, tum in hac vita tum in aeternâ profuturis.
- V. Exercitia S. IGNATII, illustrata, quoad omnes doctrinas eius, sententij Sanctorum Patrum.
- VI. De Discretionem Spirituum: in quo Opusculo dantur certa signa & argumenta, ad dignoscendas illusiones Sathanæ & naturæ in visionibus, & reuelationibus, & extasibus, & ad dignoscendum verè, An illi, qui habentur, dum viuunt, pro Sanctis, sint verè Sancti, nec ne.
- VII. De perfectâ Oratione & Contemplatione.
- VIII. De Detractione & modis variis detrahendi vitandis.
- IX. Varia Spiritualia dubia, resoluta breuiter sed solidè, de rebus vitam Spiritualem concernentibus; & de praxibus & actibus virtutum, cuius statui hominum accommodatis.
- X. De proprietatibus fidelium Dei seruorum.

NICO-